

uit eum · & elisus interra · uolutabatur spumans ·
& interrogauit patrem eius · quantum temporis est
ex quo hoc ei accidit · at ille ait · ab infantia · & fre
quenter eum & in ignem & in aquas misit · ut eum per
deret · sed si quid potes adiuua nos · misertus nostri ·
ihs autem · at illi · si potes credere · omnia possibilia
credenti · & continuo exclamans pater pueri cum la
crimis aiebat · credo dne · adiuua incredulitatem meam ·
& cum uideret ihs concurrere turbam · comminatus
est spiritui immundo · dicens illi · surde & mute spiritus ·
ego tibi praecipio exi ab eo · & amplius ne introeas
in eum · & clamans & multum discerpens eum exiit
ab eo · & factus est sicut mortuus ; ita ut multi dice
rent quia mortuus est · ihs autem tenens manum eius
eleuauit illum · & surrexit · Et cum introisset in domum ·
discipuli eius secreto interrogabant eum · quare nos non
potuimus eicere eum · & dixit illis · hoc genus · in nul
lo potest exire · nisi in oratione & ieunio ·
VIII
Et inde profecti praetergrediebantur galilaeam ·
nec uolebat quemquam scire · docebat autem discipu
los suos · & dicebat illis · quod filius hominis tradetur
in manus hominum · & occident eum · & occisus tertia
die resurget · at illi ignorabant uerbum · & ti
mebant eum interrogare ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0176